

3908 ara. Rep. a. 1736 ad aquas Albulas (in oggi la Solfatara o Aqua Solfa vvlpi).

aquis a LBVLIS DD
q ELADVS AVG · L

Vulpi *dissert. academ. di Cortona* 2 (1738) p. 181; Revillas sched. Berol., item in topographia agri Tiburtini; Giorgi sched. Casanat. bis manu aliena; Ficoroni misit Gorio cod. Marucell. A 6 f. 467, idem edidit *memorie di Labico* (1745) p. 37 (a Ficoronio Mur. 88, 1).

1 LBVLIS Rev., BVLIS Vulp. Giorg. Ficor. (Maruc.), ALBVLIS Fic. (mem.). — 2 CELADVS Fic. (mem.), ELADIVS Giorg. altero exemplo.
2 fortasse Celadus Augustae (Liviae) libertus, de quo supra ad n. 3524.

3909 pezzo di colonnetta di marmo COD. BARB. 30, 148; columna MALV., columella MAR., pyramis marmorea HOLST. (epist.) REIN. Romae in casa del sig. Clemente scultore BARB. 30, 148. Nuper Romae reperta, extat apud cardinalem Barberinum HOLST. Apud sculptorem aedium Barberinarum SPON. Apud cardinalem Franc. Barberinum REINES. Penes Barberinos MALV. Apud arch(iepiscopum) Petr(ensem) MAR. Apud Pigliarinum FEA. — Non vere repertam esse Romae, sed ab aquis Albulis eo adlatam apparet. — S. I. BARB. 30, 20 et GHEZZI.

AQVIS · ALBVLIS
S ANCTISSIMIS
VLPIA · ATHENAIS
GLYPTI · AVG
5 LIB · AB · EPISTV
LIS · VXOR
LIBENS
D · D

Exhibent primi codices Barberiniani XXIX, 148 (inde puto aliqua citavit Marinius Vat. 9148, 20, 2) et XXIX, 20 f. 30 manu fortasse Holstenii, qui principium refert in epistula ad Jo. Rhodium scripta a. 1652 (edita apud Ursatum monum. Patav. p. 354), integram inscriptionem ad Cluver. p. 134; Reinesius 1, 186 citans Holstenium, addens Langermannum quoque vidisse; e schedis Barberinis Fabrettius 432, 8 (inde Vulpi 10 p. 469; Orelli 1644) profert exemplum paulo diversum ab eis quae reperiuntur in schedis Barberinis nunc superstitibus. Postea integram descripserunt Sponius ignotorum deor. arae p. 26, misc. p. 95; item de visu Malvasia p. 465/6. Solos vv. 1—4 descripserunt Ghezzi ms. Angelic.; Marini ms. Vat. 9126 f. 224; ignotus apud Feam ms. f. 139.

1 longam notaverunt Ghezzi et Fea. — 2 SANTISSIMIS Ghezzi. — 4 GLYPTI Ghezzi. Mar. Fea, GLYPTI voluit scriptor cod. Barb. XXIX, 148 (inde puto C-LYPII citavit Marini Vat. 9148), GLYPTE Barb. XXIX, 20, C-LVPII Holst. ad Cluv., C-LVPTO Malv., CLAVD.. Spon, C-VLPII Rein., M-VLPII Fabr. — 4. 5 in unum versum contrahit Malv. — 5 in lacuna om. Barb. XXIX, 20, item omittit nec notat lacunam Spon. — 5. 6 EPISTVLIS Malv., EPISTOLIS Rein. — 8 om. Spon.

3911 tabula marmorea stilo titubante inscripta. *Trovata a Tivoli alla Solfatara l'anno 1755, appresso Mons(ignor) Furietti in oggi Cardinale VENUTI* (Vat. f. 87). Hoc magis verum videtur quam id quod scribit PIRANESI, repertam esse Tibure presso della grotta di Nettuno. — In museo Borgiano MAR. Nunc in museo Neapolitano.

ex opere anaglypho supersunt equi pedes quattuor

DEBILIS ALBULEO STETERAT QUI GURGITI SAMIS
ARTICULUM MEDICIS UT TENUERET AQUIS
DENTE QVOD AETRUSCO TERGERET SAUCIUS APRO
ET RUSSELLANO FORTE SOLVTVS ERAT
5 HINC GRACILES UBI IAM NERVI TENUISQUE CICATRIX
ET CELER ACCEPTO CURRERE COEPIT ECUS
DAT TIBI PRO MERITIS SEATDFMARMORFBONVM
QVA MEDIA GAYOES LYMFA SVBIRE VIAM
TIBURIS AOVERSAE OOMINVS QVA DESPICIT AEDEM
10 FRONTIBVS ET PICTIS AELIA VILIA VIDET

Descripti. Piranesi *raccolta de' tempj antichj* p. 20; Venuti in schedis Guarnerii litt. F f. 282 seq. ter temptavit, quartum exemplum legitur ibidem manu ignota (eadem exempla extant cod. Vat. 7935 f. 78'. 79. 87. 99); Marini Arv. p. 393; Guarini comm. XIIX, schediasmata varia epigraphica (1843) p. 39; Mommsen inscr. Neap. n. 7146; Fiorelli cat. mus. Neap. n. 11. Tractavit praeter alios Clemens Cardinali in ephemeride mihi non visa *giornale enciclopedico di Napoli* 1848 n. 5, item *giorn. arc.* vol. 69 (1836) p. 111, qui laudat exemplum libri Mariniani de Arvalibus ab ipso Marinio adnotatum.

1 fin. *gurgite summo* edidit Piran. — 5 quinta littera plerisque visa est esse C, mihi magis videbatur esse G. — IANNNERVI ego, adnotans tertiam litteram magis N videri quam M, IANNNERVI etiam Fiorelli, IAMNNERVI Momms. cum Marinio. Reliqua varia lectio ad textum constituendum nullius momenti est.

Addidi qualem rogati a Mommseno olim constituerunt Hauptius et Lachmannus:

3910 rep. ad aquas Albulas anno 1736.

AQVIS ALBVLIS · SAER
C · VMBREIVS · LAVICANVS
PRO SAL · S · V · L · S · M

Ficoronus misit Gorio cod. Marucell. A 6; item a Ficoronio acceptam (non ex Ficoronio, ut ait) edidit Murat. 88, 3 (ex hoc repetivit ipse Ficoronus in libro edito anno 1745 *memorie di Labico* p. 37). Orelli 1642.

Vv. 1. 2 etiam in principio mutilos fuisse significat Ficoronus in codice Marucell.; vv. 2. 3 in tres distribuit Murat.

Suspicionem movet quod non viderunt ei qui n. 3908. 3912 eodem loco eodemque fere tempore effossas exhibent; ac valde vereor ne quis Ficoronio origine ut ipse voluit Labicano — nam patriam suam *Lugnano* veteres esse Labicos sine dubio aliquot annis ante editum librum *memorie di Labico*, de quo dixi supra p. 275, apud se statuerat — hac fraude imposuerit.

Debilis Albuleo steterat qui gurgite Samis,
Articulum medicis ut tenueret aquis
(Dente quod Aetrusco tergebat saucius, apro
Et Russellano forte solutus erat),
5 Hinc graciles ubi iam nervi tenuisque cicatrix
Et celer accepto currere coepit ecus,
Dat tibi pro meritis semet de marmore donum
Qua mediam gaudes, Lymfa, subire viam,
Tiburis adversae dominus qua despicit aedem,
10 Frontibus et pictis Aelia villa nitet.

In his v. 5 *graciles* venit ab Hauptio, v. 7 *semet* a Lachmanno (*sellae* Piranesius), v. 10 *nitet* (pro VIDET) a Guarinio; v. 3. 4 *et quod apro Russellano solutus erat* iungendum esse, v. 6 ad *accepto* cogitatione supplendum esse *sessore*, 9 *Tiburis dominum* intellegi Herculem ait Hauptius.

4258 basis magna marmorea.

M · TVLLIO · M · F
CAM · BLAESO
urceus PONTIFICI · CVR patera
ϕ FAN · H · V · SALIO ϕ
5 TVLLIA · BERENICE
VXOR · ET · TVLLIA
BLAESILLA · FILIA
L · D · S · C
PATRONO · MVNICIPI

Descripsit Gatti ediditque in *not. d. scavi* 1887 p. 28.

Idem M. Tullius Blaesus nominatur in inscriptione lateris n. 3599, unde apparet vixisse eum circa tempora Hadriani.

4259 basis magna marmorea.

HVIVS · PATER · AD · AM
PHITHEATRI · DEDICA
TIONEM · HS · ϕ ϕ ϕ P · ϕ ϕ ϕ
— ET · OPERAS · N · CC —
M · TVLLIO
M · F · CAM
urceus RVFO · FILIO patera
M · TVLLI · BLAESI
5 TVLLIA
BERONICE MATER
ET · TVLLIA
BLAESILLA · SOROR
L · D · S · C

Descripsit Gatti ediditque *Notizie degli scavi* 1887 p. 28, contulit Bormann.

3 fin. P littera cum puncto certa est; post hanc Bormanno visum est in lapide sic fere esse: L. Crediderim fuisse P · E, i. e. *pollicitus est*. Gattius edidit D D, non recte.

4260 fragmentum cippi.

INQVI
ANTONIN
iiii uir iur · DIC · ADI
EDILIC

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 32 u.

4261

ATIVS
iiii uir iur · ITERum

Descripsit Gatti. *Notizie degli scavi* 1887 p. 32 m.

4262 fragmentum basis marmoreae.

iu L · I · A · E
an T · V · L · I · ae
G · ALBV · nea
m V · S · O · N · I · us iu
5 iur · S · ANTV · llus
L · I · V · S ·
L · D · S · C

Descripsit Gatti, recognovit Hirschfeld. *Notizie degli scavi* 1887 p. 153

3 v littera in litura reposita est, ante fuerat i. — Nomina supplevit Gatti ex n. 4254 lat., probabiliter.

4263

II · IVL
ADIC
SO

Notizie degli scavi 1887 p. 32 d.

4266/7

MAE · N
LEC

Notizie degli scavi 1887 p. 32 n.

4264/5

EG · L
LICIN

Notizie degli scavi 1887 p. 32 t.

XXXIII. AQVAE ALBVLAЕ (p. 435).

ad n. 3911. V. 40 fin. Buecheler retinet VIDET, explicans: *qua adversae* (Lymphae, Albunae) *aedem despicit ex arce Tiburis dominus* (Hercules) *et videt fronte villa* Hadriani.

XXXV. Monte Rotondo (p. 439).

ad n. 3940. Eleganter supplevit Buecheler, sic:

[Praeteriens, tendis] quocumque ex urbe, sepulcrum
[fletu: parva mor]ast, tu quoque flendus eris.
[hic iacet, ingressus qui v]ixdum limina vitae,
[dum superest mater, p]ertulit ante mori.
[immaturus abit pri]maevo flore sub umbras,
[non dilecta magis qu]o mihi vita fuit.

[patre bonisque puer cu]nctis, bonus indole, dignus
[in vita mirum] ni renobass[e]t abos.
[sed tibi praeripuit cas]us tot praemia laudum,
[et semper miserae iam m]ihi flendus eris.
[Ultima donavi tamen h]aec pia munera mater,
[aeterna et iunget me tibi], nate, quies.

INSTRUMENTVM DOMESTICVM. Tegulae (p. 458).

ad n. 4089,32. Dele; est inscriptio dolii n. 4093,12.

ad n. 4090,44. Tertium exemplum huius tegulae nuper prodiit *Monte due Torri* prope Genzano, sic editum a Tomassetio *notizie degli scavi* 1887 p. 154 ...DIDVA (reliquae quae una prodierunt tegulae videntur esse urbanae).

ad n. 4091,12. Fortasse significatur M. Iuventus Laterensis qui tribunatum plebis petere coepit anno 695 et ad praeturam pervenit anno 703; hunc enim quaestorem (anno circiter 692) ludos edidisse Praeneste testis est Cicero pro Planc. 26,63

ad n. 4091. Nuper prope Gallicano regione dicta *le colonelle*, sulla spianata del colle, prodierunt tegularum Praenestinarum n. 4091,58 NITENTI, n. 4091,60 A · ORBI, n. 4091,82 C · L · V singula, tegulae n. 4091,43 HERMETS duo exempla (in hac pro altero ramulo caduceum fuisse perhibetur). Repperit et edidit Vinc. Cicerchia *notizie degli scavi* 1887 p. 123. Praeterea ibi prodierunt tegulae Q · EGNAI ERENIS plane nova et Q · F · CA · VIII (sic excepit Dressel exemplum quod praeterea solum innotuerat, repertum in coemeterio Iudaico vineae Randanini ad viam Appiam, editum a Garruccio *cim. degli ant. ebrei* p. 59; Vinc. Cicerchia sic dedit: Q · F · GAVIII)

Dolia (p. 472).

ad n. 4093,12. Pleniorem excepit C. L. Viscontius (unde non recte dedi inter tegulas n. 4089,32) sic: M · FVRI | VINDICIS.